



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. Vnicus De Molitorum obligatione & peccatis

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

TITVLVS XXII.

De Molitoribus.

Articulus Vnicus.

De Molitorum obligatione & peccatis.

Molitores legibus Iustitiæ & æquitas, tam respectu molitionis, quam respectu stipendii, & portionis acceptandæ ex farina, obligantur, & juxta qualitatem damni illati, peccant mortaliter vel venialiter, & obligantur ad restitutionem. Tribus vero modis molitores injustitiam committere solent.

1. Si Bladum vel Granum acceptum immutent in aliud, quod etsi sit ejusdem speciei, est tamen minoris bonitatis & valoris, hoc autem solent facere, ut illud melius divendant, in quo multum lucrantur, & alteri injuriam faciunt, tenenturque ad restitutionem saltem pretii, quo illud plus valebat.

2. Peccant, si diversorum grānorum farinam simul immisceant, cum acceperunt

unius

unius speciei granum, unde fraudes multæ fiunt, in damnum illorum, qui granum attulerunt.

3. Peccant si pro stipendio & portione sibi pro opere assignata, plus debito accipiant, velut non advertatur, pondera immutent, alterius generis farinam imo quisquillas immiscent, item si Gabellas justas de fraudent.

TITVLVS XXIII.

De Pistoribus.

Articulus Vnicus.

De peccatis Pistorum.

1. **C**raviter peccant si ex ignorantia artis Pistoriæ, alienos panes male pinxerunt, unde tertio grave damnum facere convincuntur.

2. Qui farinam acceptam adulterant, miscent, & varie componunt, in grave damnum eorum, pro quibus operantur.

3. Qui pro pane triticeo, vendunt panem mixtum siligine, hordeo, &c. æ quali ta-